

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 34. Contrariis argumentis obviam itur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

dentur in spiritu. Unde hoc?

Respondeo Georgius de Rhodex disp. 1. de Euch. q. 3. scđt. 1. §. 3. his verbis: "Etic mihi sanè, ut verum fatar, vix quidquam occurrit, quod dici posse putem. Non enim satisfaci argumen-  
to, si dicas, habitus supernaturales non da-  
re facilitatem, nec excludere habitus vitiorum,  
nec mortificare passiones: quia ut hoc verum  
sit, auxilia tamen gratia tam copiosa, qua re-  
cipiuntur ex tanta frequentia Sacramentum, om-  
niñ debellarent omnes vitiorum habitus.

"Respondeo ergo tria. Primum, multos fibi  
blandiri sèpè, dum existimant se immunes esse  
à peccatis mortalibus, quibus rāmen pleni sunt.  
Secundum, illos minimam gratia partem ac-  
cipere in Eucharistia; & atiunde per distractione-  
m, & vitam tepidam obrucere illa auxilia gra-  
tie, que, proprius habitus mālos intenſissimos,  
illis prorūs inutilia sunt. Tertium, illos in pœ-  
nam tepitatis intenſibiles fieri ad divina, &  
proprieſ contemptum levium peccatorum inci-  
dere in peccata gravia, per quā Sacramento-  
rum omnis efficacitas enratur. Hactenus  
Theologus ille Societatis, certe non Rigorista.  
Cujus secunda ratio potius probat nullam, quam  
minimam ab ipis gratiam recipi. Si enim vita  
tepidā ipsorum obruit illa auxilia gratis, illaque  
inutilia reddit, profectò & impedit ne recipiantur,  
ne in vanum recipiantur. Prima ratio confirmat  
ea quæ dixi tomo illo i. l. 10. p. 1. cap. 23. Ac-  
cedit etiam hīc omnibus doctrina Sanctorum  
cap. 35. & 36. proferenda.

## CAPUT XXXIV.

Contrariis argumentis obviām itur.

**O**bijecies 1°. argumenta superiori capite de-  
duca nimis probant, eum utique qui inde-  
votè accedit, indevenialis, peccare mortali-  
ter. Tum quia indigna accedit, adeoque judi-  
cium fibi manducet & bibit. Tum quia sciens &  
volens effectum hujus Sacramenti totaliter impe-  
dit, five illi obicem ponit. Vix autem concepi-  
potest quod aliquis effectum hujus Sacramenti  
sciens & volens in te totaliter impedit, & morta-  
liter non peccet.

Respondeo negando antecedens. Quia licet hoc  
seniū judicium fibi manducet & bibat, quod se  
privet augmento gratia, adeoque judicium fibi  
manducet privationis augmenti gratia; fibi tamen  
non manducat judicium eternæ condemnationis,  
sicut ille qui in flatu peccati mortali accedit. Nec  
mortaliiter peccat, qui effectu Sacramenti obicem  
ponit peccati venialis, sed qui ei obicem ponit  
peccati mortalis. Quia peccatum veniale per se  
sive ex natura sua non est obex augmenti gratia  
(cum per se æquè compatibile sit cum augmen-  
to gratia, quā cum gratia ipsa) sed ex institu-  
tione Christi, qui licet ad dignam fructuofamque  
Eucharistie perceptionem sub gravi peccato exi-  
git immunitatem à mortali peccato; ob fragilitate  
hominum solum sub veniali exigit immunitatem  
à veniali, devotionem impediens. Quonodo  
etiam solum sub veniali prohibet relationem  
Communionis ad finem venialiter malum, v. g.  
ad finem vanæ gloriae, iamēt sub mortali pro-  
hibeat relationem ipsius ad finem mortaliter ma-  
lum.

Quamvis ergo peccati mortalis reus sit, quis-  
quis Sacramentum fruſtrat effectu, per id quod  
per se est obex ipsius: feci si ipsum fruſtrat ef-  
fectu, per id quod per se non est obex ipsius, sed  
solum est defectus dispositionis ex divina institu-  
tione sub veniali requisita in reverentiam hujus

Tom. III.

Sacramenti. Nec verò dubium, à Deo Sacra-  
mentum hoc sic institui potuisse, ut deficiente  
eiusmodi dispositione Sacramentum hoc non pro-  
daset ad gratia augmentum. Sic verò instituisse,  
probant argumenta superiori capite deduccta.

Objicies 2°. agrotus tantò magis recurrere de-  
bet ad medicum, quanto magis se senserit agro-  
tum. Frigidus etiam ac tepidus, tanto magis acci-  
cedere debet ad ignem, quanto magis friget &  
alget. At Christus in Eucharistia medicus noster  
est, ignis est. Omni ergo fructu non fruſtrat agro-  
tos ad se recurrentes, nec omni calore frigidos &  
tepidos ad se accedentes.

Respondeo totum esse verum, dummodi re-  
cursus & accessus ille cum debita fiat reverentia  
& devotione: sine qua si omnis agrotus, tepidus  
& frigidus tantò magis Eucharistiam fuscipere de-  
beret, quanto magis infirmus, tepidus & frigidus;  
tantò magis eam fuscipere deberet, quanto ma-  
gis peccator & indigneus. Quod dixi quidem im-  
pius Lutherus, sed dicere non potest pius Catho-  
licus.

Objicies 3°. Concilium Tridentinum sess. 13. c. 7. explicans verba Apostoli, probet autem fe-  
sum homo, probationem istam confitente declarat  
in eo quod nullus fibi conscientia mortalis peccati,  
quantumvis fibi contritus videatur, abique premis-  
ta sacramentali Confessione ad sacram Eucharistiam  
accedere debeat. Igitur aliam probationem Tridentinum  
ad dignam fructuofamque Communionem  
non requirit nisi statum gratie.

Istud est præcipuum adverſa partis argumen-  
tum, sed ruinosum, & in præcipuum ducens;  
utpote super quo nescio quæ paradoxa, abiurda-  
que confectoria nonnulli Casuista non superædi-  
fiant.

Primo namque Molina in Instruct. Sacerd. c.  
6. §. 1. Confessori (inquit) invitare debent pec-  
catores quocumque ad communicandum semel  
in hebdomada, à qua ascendus est nullus, quām-  
libet magnus peccator, dummodi se disponat.  
Imò ad id est exhortandus: neque enim peccata  
magna, neque in ea relapsus ipsos prohibere pos-  
sunt. Item: si veniret ad me peccator, rotus onu-  
titus peccatis, ipsiusque videarem penitentem, se-  
que emendare proponentem, ipsi consulerem  
singulis Dominicis communicare. Et sequenti fab-  
batho, si rediret ad me cum totidem peccatis, ip-  
sumque videarem contritum cum intentione se  
emendandi, adhuc magis animos ipsi adjicerem  
ad singulis hebdomadis communicandum. Et si  
per plures hebdomadas in eadem flagitia relab-  
etur, hortarer ipsum ad frequenter Communio-  
nem.

Secundò, qui ex humana fragilitate semel in 424  
mente labuntur in mortale peccatum, liberè  
communicare possunt bis aut ter in hebdomada;  
imò sèpè ratione occurrentis solemnitatis, in-  
dulgentia, &c. Marcus à S. Franciso in praef.  
libri, cui titulus: *Aurifodina, sive Mine d'or, &c.*

Tertiò, qui ex eadem fragilitate semel aut bis 425  
in hebdomada securant mortaliter crimen, possunt  
equidem semel in hebdomada communicare. Idem  
ibidem n. 15.

Quarto, Tridentinum sess. 13. c. 7. manifestè  
doceat, ad dignam Communionem solum requiri  
statum gratie. Ibidem p. 4. c. 9. n. 13.

Quinto, satis probabile est, ne venialiter qui-  
dem peccare eum, qui conscientia plurium pecca-  
torum venialium, absque prævio de iis dolore com-  
municat, dummodi in actu non complacat.  
Gobas de Sacram. tract. 4. casu 15. n. 217. refé-  
rens Tannerum, Valentiam, Rhodez, &c.

Sexto, ne quidem venialiter peccat in divinissi-  
mum Sacramentum, qui illud accepit cum volunta-  
ria distractione. Joannes Sancius in select. disputation. 23.

R 2

428 Septimā, p̄missā Confessione, Sacerdos celebre, & Laicus communicare līcē potest post habitam eo die copulam carnalem, vel pollutionem voluntariam, sive secum, sive cum complice, sive per fornicationem, sive per adulterium, sive per peccatum contra naturam, seu quocunque alio modo. Mafarenhas de Sacram. tr. 4 disp. 5. n. 284.

429 Octavō, confundendum est proximē dītis, ipso die voluntaria pollutionis, fornicationis, adulterii, &c. ad sacram mensam accedere, dummodo doleant, & confiteantur. Idem ibidem n. 285.

430 Nondū, Communio multò magis confundenda est conjugatis, ipso die copulae habita causa voluptatis. joannes Sancius loco citato.

431 Decimō, extra culpam est quisquis Eucharistiam sumit, sibi non concius peccati mortalium. Sesmafonus Author questionis: *an melius sit frequentius, quam rarius communicare*. Contra quem Arnaldu librum scripsit de frequenti Communione.

432 Undecimō, etiam illi qui suiporum amorem, ac faculo prodigiorum in modum addicti sunt, quālibet implicati mortalibus delictis, dummodo prūs confitentur, laudabiliter communicant octavo quolibet die. Idem ibidem, ad id eas proferens rationes quae vel nihil probant, vel probant ipsos, p̄missā Confessione, laudabiliter communicare quotidie.

433 Nonnullas quidem ex allatis propositionibus negat noster Marcus à S. Franciso Carmelita excalceatus in Auctoritate sua. Sed in ea p. 3. c. 4. & 5. & p. 4. c. 9. ea tradit principia. ex quibus consequuntur. Iacm cœfō de plerique aliis, qui tria cum ipso principia sequentia tradunt. 1° quod ordinari e fac lis sit conversio peccatorum, quālibet grandium, frequenter faciliē & cito in eadem gravia relabentium, nec multò egat tempore, vel labore, nec laboriosi penitentia operibus. 2° quod sine illis Confessarii ordinari crederet debet dīcti peccatoribus etiam confitudinari, sc contritos afferentibus, ipsosque statim absolvere, nisi manifesta ratio, ditinēta a frequenti cito, & faciliter relapsi, appearat in contrarium. 3° quod ad dignam fructuosamque Communionem solummodo requiriatur status gratiae. Si enim hac vera iurit, omnes allatae propositiones suapte sponte fluunt. Si enim ad dignam fructuosamque Communionem status gratiae sufficit, & hic, non p̄missis penitentie operibus, a dīctis peccatoribus tam cito & facile obtineri queat: igitur non obstante quotidiano in eadem gravia relapsi, quoniam absolvitur poterunt, polisque confessionem & absolutionem, dignē & fructuosē, ne dum temet in hebdomada, sed & quotidie comunicare.

434 Ad objectionem itaque respondere 1°. nihil probare, qua nimis probat, secundum allata principia Auctorum illius. Quienam statuunt principium illud: in concilio peccati mortali Tri-deatino non requiri nisi reconciliacionem cum Deo, per confessionem, ordinari statuunt & primum ac secundum principium n. p̄missē dīcti. Quibus suppositis ex objectione consequuntur omnes propositiones à n. 423. ad 433. enarratae.

435 Respondeo 2°. negando antecedens. Valde enim differunt dīcta propositiones. Prima, ea probatio necessaria est, ut nullus, sibi concius mortalis peccatis, aitque p̄missa sacramentalis Confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat. Secunda, ea probatio sufficit, vel unicē sufficit in hoc quod nullus sibi concius, &c. Primum quidem assert Tridentinum; sed non secundum. Neque secundum magis inferri potest ex primo, quā in ferri queat: ergo, secundum Tridentinum, quili-

bet peccator, quālibet magnus, quālibet confitudinarius, & recidivus, statim atque confessus fuerit, ad sacram Communionem dignē & fructuosē accedere potest. Quo dato sequentur omnes propositiones supradictæ. Unde Perinius ē Soc. Iesu Theologæ olim Colonia Professor, sacri convivij dist. 2. c. 6. inanem ostendit objectionem illam ex Tridentino, dicens: *Negat Tridentinum aliter sensit capite illo 7. feb. 13. ubi Laudiquam inventes quod adverbaris putant, dignē communicare illum, qui abīg lethali communicaat. Quid si dixerint, aperte legi: cito afferat, communicare indigne, qui lethali adstrictris scelere communicat: hinc enim recte colligitur (a contrario) dignē communicare, qui ab illo immisisse communicat. Respondebitus eos falli, & male colligere. Malum namque ex quolibet defectu, bonum ex integrā causa, ut omnes sciant.*

Noster quoque Lumbicus in obseruat. Theol. 436 circa propositiones ab Innoc. XI. damnatas n. 503, recte obseruat, Tridentinum loco citato solum determinasse controvēsiam quae tunc erat: an utique datā cōpiā Confessarii, necessariō p̄mittenda foret Confessio? an sufficeret contritio? An verō, p̄ter contritionem & Confessionem, ultrā requireretur alia dispositio devotions & reverentie, arque immunitati ab affectu ad venialia peccata? tunc controvēsiam non fuisse, nec Tridentinum ex profecto determinisse, nisi quatenus (in favorem alterioris nostræ) requirisset preparatiōnem cum magna reverentia & sanctitate.

Objicione 4°. communicare est manducare. Ad 437 manducandum autem fructuosē nihil amplius requiritur, quām utus vitæ; igitur ad communicandum non requiritur nisi utus gratiae, quae est vita spiritualis animæ.

Respondeo argumentum istud non infirmare, sed firmare dīctinam cap. 33. utpote quo configuratur ad fructuotam Communionem requiri utūm vitæ spiritualis, qui usus est charitas vel devotio actualis vel virtualis, sive qua alimentum istud spirituale non pro seipso experientia probat. Sine ea proinde cavadūm à Communione, sicut infirmis & convalescentibus cavadūm à nimia nutritione. Impura namque corpora, quā magis nutriti, & magis ladi, ut habeat Medicorum aphorismus. Argumentum autem nimis nutritionis in convalescente, est quod alimentum ipsi non profit. Quod dum Medicus perspicit, alimentum nimis validum (quale est Eucharisticum) nimis proinde nutriens ipsi subtrahere debet.

## C A P U T XXXV.

*Decipiuntur muli & valde multi Christiani, etiam Sacerdotes & Religiosi, qui ex eo quod abstinent a peccatis mortalibus grossis & visibilis, existimant se dispositos ad dignam fructuosamque Communionem, cum non sint.*

P Robatur 1°. quia multi & valde multi Christiani, etiam Sacerdotes & Religiosi, venientia peccatae cavere, & emendare parum vel nihil curant, imò valde negligunt. At in valde timendum est, ne extra statutum gratia fint, prout ex Scriptura, & dictis Sanctorum ostendit. 1. 1. 10. p. 3. c. 22. à n. 192. ad 205. quippe ventur in proximo periculo peccati mortalis, valde negligenter faciunt opus Dei, sunt tepidi illi (de quibus Apoc. 3.) quos Deus incipit evocare ex ore suo, peccant graviter contra primum maximumque preceptum, sicut & contra preceptum cum timore & tremore operandi salutem suam, contra preceptum quoque vigilandi omni tempore, nec non contra preceptum, quo Christiani omnes, maximē Ecclesiastici & Religiosi, sub gravi obligatione tenentur serio quotidie ad perfectionem